



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 87. Momorantius Connestabilis ad Aulam revocatus, ac cum Coliniis eo delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI.

A. C. 1560.

omni provocationis subsidio dijudicandi, ac juxta legum severitatem tanquam divinæ, humanæque Majestatis læsæ rei puniendi essent. Displicuit hoc edictum Calvinistis, illudque *Hipaniæ Inquisitionem* appellitabant: nihilominus hoc rigore nondum perterriti eadem, ut antea, temeritate, ac petulantia debacchabantur, Colinii Architalassi prælidio suffulti, qui in omnibus urbibus suo regimini subjectis libere hærefin in vulgus spargi, & conventus haberi præcepit.

§. LXXXVII.

*Momorantius Connestabilis ad Aulam revocatus ac cum Coliniis eo delatus.*

*Thuan. l. c.*

Cum Catholici Remorontini edicti executionem necessaria severitate haud urgerent, Calvinistæ vero illud observare omnino negligerent, hinc Catholici alia remedia adhibere cogebantur, inter quæ præprimis erat, ut ad Bellaqueum fontem Optimatum comitia indicerentur, quibus Principes, Regni Ministri, secretioris consilii Patres, Ordinis Equites, ac præcipui Magistratus interessent. Momorantius quoque, & ipse evocatus ad aulam venit, comitabanturque illum Villarius Comes Sororius suus, tres Colinii fratres, eorumque amici,



mici, pluresque quam octingenti Equi-<sup>Sæc. XVI.</sup>  
 tes in ejus comitatu numerabantur, <sup>A.C. 1560.</sup>  
 ut is potentiam, viresque suas, quam-  
 vis regio favore dejectus esset, Guisiani-  
 nis Principibus æmulis suis ostentaret.  
 Insuper datis ad Navarræ Regem literis  
 eundem quoque huic conventui interes-  
 se rogabat, ut Guisiorum molimina ever-  
 teret, suaque præsentia Nobilium ani-  
 mos confirmaret: cum vero Rex ani-  
 mum a dissidiis alienum foveret, quie-  
 tisque studiosissimus esset, seque forte  
 captum abduci pertimesceret, hinc su-  
 am absentiam æque, ac Condæus Prin-  
 ceptus idem quoque fatum veritus excu-  
 sabat. Ceterum Momorantius Conne-  
 stabilis exiguo prorsus honore excipie-  
 batur; quippe pauci admodum eidem  
 obviam processerant, & ferme nulla  
 dignitatis suæ ratio habebatur: interim  
 vero Provinciarum Præfectis injunctum,  
 ut Regni delectus cogere, qui tempore,  
 ac loco, quo juberentur, præsto  
 essent.

§. LXXXVIII.

*Optimum comitia ad Bellaqueum-  
 Fontem celebrata.*

Die igitur vigesima prima Augusti Fon-<sup>Popel. l. 6.</sup>  
 tis - Bellaquensibus comitiis præsti-<sup>p. 192.</sup>  
 tuta hora pomeridiana Rex ad Reginæ <sup>Belcar. l. 28.</sup>  
 Matris cubiculum pervenit, ac eadem <sup>n. 62.</sup>